



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxviii. De clero non ordinato ministrante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

sistens excommunicator. Qui olli communica-
bit eandem pœnam incurrito. In clericis, laicis,
fœminis idem obſeruator, hæc qui contempſe-
rit (ſi nec episcopus emendare poterit) per ſecu-
larem potestatem ad requisitionem ecclesiæ exi-
lio damnator.

Si tamen in hoc ingens multitudo peccavit: 4. *Lato-*
res.
hi qui cauſam dederint deponuntor, cæteri tem-
porariè ſuspenduntor, omnibus pœnitentia di-
ſcretè indicitor.

*De clero non ordinato mini-
ſtrante. Tit. 28.*

Si quis nō ordinatus baptisauerit, diuinumve 1. *Si quis.*
quod officium exercuerit: ab ecclesia abiici-
tor, nunquam ordinator.

Sin tantum diaconus missam celebrare præ- 2. *Ex li-*
ſumpserit: ad ſacerdotiū ne promouetor, à dia- *teris.*
conatu ad tempus ſuspenditor, in beneficio ta-
men misericorditer relinquitor, at ei pœnitentia
indicator. Prudentius autem ſi monaſterium
ingredietur facito.

*De clero per saltum promoto.
Tit. 29.*

Qui ignorans per saltum ex hypodiacono 1. *Tue.*
presbyter factus est, cum ob huiusmo-
di neglegentiam pœnituerit, in diaconū ordi-
nator, & ita in ſacerdotio ministrare dispensati-
uē permittitor.